Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ortu fuerint peccatores sicut fenum et apparuerint omnes
qui operantur iniquitatem Ut intereant in sæculum sæculi:
tu autem altissimus in æternum domine Quoniam ecce inimici tui
domine quoniam ecce inimici tui peribunt et dispergentur omnes qui
operantur iniquitatem Et exaltabitur sicut unicornis
cornu meum: et senectus mea in misericordia uberi Et
despexit oculus meus inimicos meos et insurgen
tibus in me malignantibus audiet auris mea
Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani
multiplicabitur Plantati in domo domini in atriis
domus dei nostri florebunt Adhuc multiplicabuntur
in senectute uberi et bene patientes erunt ut annun
cient an Bonum est confiteri domino an Cantate domino
omnes fine terre ps Deus de meo an Date magnitu
Audite celi quæ loquar audiat terra verba oris
mei Concrescat in pluuia doctrina mea:
fluat ut ros eloquium meum Quasi imber super
herbam: et quasi stilla super gramina: quia nomen domini
in vocabo Date magnificentiam deo nostro Dei perfecta
sunt opera et omnes vie eius iudicia Deus fidelis et
absque vlla iniquitate iustus et rectus: peccauerunt ei
et non filii eius in sordibus Generacio prauua atque
peuersa: hecccine reddis domino populo stulte et insipi
ens Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit
et fecit et creauit te Memento dierum antiquorum:
cogita generationes singulas Interroga patrem tu
um et annunciabit tibi maiores tuos et dicent
tibi Cum diuideret altissimus gentes: cum separa
ret filios adam Constituit terminos populorum iux
ta numerum filiorum israel Pars autem domini populus eius